

Academia Peccatorvm. Seu Conciones De Tota Parabola Prodigi Euangelici

Quae Insolentia Peccatorvm Sev De Lvxx et Libidinibus Prodigii

Bosquier, Philippe

Moguntiae ; Coloniae, 1614

Con[cio] I. 1. Etymon dictionis Parabola, & complures definitiones addunctur: 2. vt largè nonnumquam sumatur Parabola docetur: 3. antextus de filio prodigo secundum propriam verborum ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55916](#)

CONCIO PRIMA.

vissimæ virginis matris Maríæ, dicendo:

Ave Maria.

CONCIO PRIMA.

ARGUMENTVM.

1. Etymon dictiōnis Parabola, & complures definitiones addicuntur: 2. ut largè nonnumquam sumatur parabola docetur: 3. an textus de filio prodigo secundum propriam verborum significatiōnē sit verus. 4. si quæ parabola in sacris litteris potuerint non accidisse secundum propriam & primam verborum acceptiōnem. 5. si quæ sint huiusmodi, & ut ab aliis discerni queant, queritur.

Priusquam suscepimus adoriam materiam, quæ potest, quo communiter nomine signabimus textum nostrum, historiæ ne, an parabolæ de filio prodigo; quod Euangelista noster nec historiam, nec parabolam dicat; simpliciter enim habet: *Ait autem Iesus: Homo quidam habuit duos filios.* Verum familiarius agens quæstiōnem hanc mittam, tum maximè quod vniuersi Doctores prisci & recentiores, quos saltem legi, in hunc locum scribentes videantur soluisse, insigniendo hunc nostrum textum nomine parabolæ, & dicendo tunc temporis a Christo adductas Pharisæis tres in vicem immediate sequentes parabolas: Prima, pastoris erat, qui missis in deserto nonaginta novem oibüs aberrantem per deūia quæque requirerat. Altera viduæ accessa lucerna requiriētis drachmam perditam: tertia, est textus hic, quem communiter dicimus de filio prodigo; D. Hieronymus tom. 3. quæst. 6. ad Algaliam, vocat textum Prodigii Parabolam.

Deinde Ecclesia Romana (cuius autoritate magis fulcior, quam sexcentorum Doctorum particularium placitis) in suo Missali nuper recuso sacri Concilii Tri-

Euangeliū
de prodigiō
est parabolā.

dentini decreto, dicit Parabolam canens initio huius Euangelii, hoc modo: *Dixit Iesu Pharisæis parabolam hanc: Homo quidam habuit duos filios Quod sane addidisset nunquam, ni infallibiliter parabolicum hunc texit nolle.* Itaq; dum iudicatum, hunc articulū, non est quod vlera, exentiātū: ad secundū veniamus, inq̄iramusve quid significet, quid denotet dictio *Parabolæ*, regulariter: omnium etenim utiliter pertractationum necesse est ad ipsi definitionē, & essentiaē plenariam notitiam.

Hier. tom. 1. Off. Omnis, quo à ratione suscipitur de aliis qu. 6. ad quare institutio, debet à definitione prefisiō, ut intelligatur quid sit id, de quo disp̄etur. Igitur dicamus primo loco hoc dñe, quid importet nomen Parabolæ; deinde, in c. 14. l. si textus hic vt est patabolicus, an sit quoq; in propria verborum significatione verus. Quia verò nonnullæ hinc cingent discursum spinæ, nemini fastidium ideo pariat rogo: Vtile enim fuerit & necesse intelligere semel, quod omnes plurimum concernit parabolæ, nō solum Euangelicas, sed & totius scripture sacre. Quia verò multa & graui difficultate non caret, è re vestra erit me sedulò audire, dum totus ero in dissipanda tenebrarum harum densitate.

Ergo, dictio *Parabolæ*, Latinis & Gallis usurpata, deducitur à Graeco παραβολή, vt innuere videt magnus ille omnium linguatum erarius S. Hieronymus, diversis in locis, & post ipsum alii multi. Estque hæc dictio composita & coagulata ex aliis duabus, præpositione παρά quæ idem signat quod iuxta, vel, prope, & ὅλος, id Rei iuxta. Atq; parabola idem significaret quod iuxta opiniō. totum; accedens ad rei summam præpositio alludēs, vel circumlabens principale, & illud per ambages & Glossa or. circumloquitiones significans. Etymologia hæc deducitur ab antiqua quadam Glossa, quam subscriptiōne & sigilli appensione probate non ausim, quia pro Prou. Sa. parabola, iotitudo e nobis videtur paraholam, mutando B. in H. aspirationis notam.

Alii nonnulli cum Theologi, tum in humanioribus cra-

C O N C I O P R I M A .

et studi, dicunt ἡγελην̄ deduci à παρ., quod significat, prope, aut iuxta, conformiter ad Greciam supradictam, ac dictione ἐστι, quæ sonat, sententiam, intentionem aut scopum propositionis. Arque parabola idem valeret quod accedens, aut appropinquans ad sententia, scimus, mentem authoris.

Hæc opinio non improbatatur.

Simon Cassianus L.6. de Parab. saluatoris in prologo: Παρ., inquit, Greco eloquio, nostro prope seu iuxta in telligitur: Codd autem in Greco, in Latino sententiam figurat. Erit ergo parabola, quod non propriè, sed impropriè pries parappropinquabit illi sententia, quam auctor intendit edubolam cere, seu quod intendit includere in assidentium corda siue dicit ad legendum. Lycanus in c.1. Proi. Salomonis, &c. in cap. Eliensem, & i. cantic. dat eadem etymologiam. Βελ., velle, aurē, παρ., id est fulere Mureto. Mancinellus similiter, nisi quod scribit ἐστι, cum diph. hongor.

Alii adstringentes, ut prefari, deduci à παρ. & ἐστι, se talius. cius tamen interpretantur dictio cum ἐστι, dicendo si δέσποινω, id guare iustum aut positionem. Quasi dicentes parabo est iacio, lam esse comparisonem iactam post aliud quipiam, ut sit ad per modum perstringentis. Haud perperam, ut i senieclat cuius, quandoquidem verbum Græcum σάπιω, à quo ἐστι, adjunctum præpositioni cuicunque, ferè semper iacere, ponere, comparare, ponere, adiicere significet. ut hyperbole, dicendi figura, idem valeret ac si dixeris, iacere, pone. Opinio 3. re, addere, eloqui supra aut amplius quam veritas fe Hyperborat; superiectum seu corollarium adiicere veritati. De le quid. inde, dictio symbolum, quæ eriam à σάπιω descendit, si symbolū gnat quod ponitur, iacitur, colligitur in unum tum quid. pecuniarum, tum ciborum, ubi multorum initur societas. Amplius, nomen παραμύθιον, sive Parenthesis significat interjectionem, intentionem, adiectiōnem propositionis, quæ possit addi vel omitti, oratione nullatenus turbata, interclusa, aut in necessariis matila. Ita in παραλη, composito nomine dici potest, quod ἐστι, pars & specimen totius adjunctū præpositioni παρ. significet propositionem obscuram emissam in scopum, ut feriat & perstringat quasi obiter, quod aperite potest proponi. Ut ut sit de significatione

par-

παραμύθιον.
λη quid.

Parabola
quid.

partium dictionis παραβολὴ disunctim acceptarum, indubitatum tamen est originem suam agnoscere à verbo Græco παραβολή, quod designat componere, comparare, concreare aut referre unum ad alterum : & παραβολὴ Græcis, Misce Hebreis, denotat Latinis similitudinem sive comparationem. Hinc Interpres sacrarum litterarū variis in locis predictione parabolæ vertit plerumque similitudinem. Quintilianus I. 5. instit. c. 11. initio : *Nostri ferè similitudinem vocare maluerunt, quod ab illis Parabole dicimus.* Ibidem multò post: *Parabolam Cicero collationem vocat.*

D Hieronymus tom. 3. epist. ad Algasiam quæst. 6. *Parabola, id est similitudo, qua ab eo vocatur quod alteri παραβολὴ, hoc est ejus similitudinem, & quasi umbra prauii veritatis est.*

Idem tom. 5. l. 5. comment. in Isa. c. 14. *Quomodo parabola dicitur, qua nulli alteri παραβολὴ, id est comparatur? vult ergo Hieronymus, ut sit parabola rem rei comparari.*

Santes Pagninus Ilagoge ad sacras litteras cap. 28. *Parabola, id est comparatio.*

Verum, sat sit de huiusmodi sententiosis etymologis & deriuationibus: nunc subeamus campum non nihil amœniorem, proferamus definitionem non nominis, sed rei signatae dictione Parabola.

Vt verò scriptores nostros, & prophanos comporio parabolis vsos; sic horum differre à nostris, admittere reque proprietates (è quibus formari queant definitiones) tum similes, tum dissimiles proprietatibus nostrarum deprehendo. Etenim ipsorum sunt quoq; similes & alia militudines & comparationes vti & nostræ, ast regulæ finitiores. Laritatem lucidæ, intellectu faciles, in quo distant à nostris maximè, obscuris ut plurimum, & ferè ænigmati- cis. vnde ipsorum cuidam expanse & dilucida meta- phora eleganter dicuntur. Nihil est aliud, inquit, Pa- rabole, quam Cicero collationē vocat, quam explicata me- taphora. Definitiones porrò, quas adducemus, potissimum nostris cum veteris tum noui testamenti para- bolis subseruant: nec enim hoc loco Rhetoricam se- gula-

cularem tot acrum ingeniorum acie illustratam pro-
ficeri intendo. Itaque pergamus.

D. Hieronymus in cap. 4 Matth. Est propriè Parabo-
la naturà discrepantiū sub aliqua similitudine facta com-
paratio.

Iacobus Spieg. in suo Lexico iuris, ait: Parabola est
similitudo sumpia ex veritate. Sic cum dicitur hominem
quendam habuisse duos filios, quibus diuisit suas portiones,
oportet esse in rerum natura & hominem, & filios, & ha-
reditatum, & diuisionem portionum.

S. Thomas Aquinas p. 1 q. 1. art. 10. ad 3. Parabola est
sententia habens obscurredam similitudinem. Sic nonnulli
elicunt; sed forte melius ut sequitur: Parabola est ser-
mo, in quo verba non res suas propriæ sed ipsæ res per verba
illa significata alias res figuratae significant.

Idem super Ier. 14. coll. 1. Est sermo similitudina-
rius, qui aliud dicit, & aliud significat. Quæ definitio
sciolis arctior æquid forte videbitur. An non verissimi-
le S. Thomam virum doctissimum ingenioque acerrimi-
num dictiōnēm sermo, posuisse, ut signaret primò id,
ad quod hactenus instituta est, nempe sonum sensituum
& auditu perceptibilem: deinde vt de rotatet impro-
priæ, signum, factum, actionem omni alio sensu exteri-
ori perceptibilem? Nutibus enim & signis sermo ha-
betur; Nutu, signis loquuntur. Quin scriptura sacra Ouid. 4.
subinde notat a perté nomine sermonis signū propriæ Metam.
visibile; vt in Exodo Dominus ad Moysch, ait cap. 4. in Pyra-
Si non crediderint neq; audierint sermonem signi prioris, mo.
credent verbo signi sequentiā.

Deinde, haud venia indignus censendus est, quod
auditus obiectum (sonum scilicet seu vocem) sumple-
tit S. Thomas pro obiecto visus (quod propriè est res
visibilis,) ex quo Theologi omnes, & scriptura sacra af-
fumant nonnūquam terminos peculiates obiecto vi-
sus, vt denotent auditus, aliorumq; sensuum extero-
rum obiecta, dicendo id visibile quod propriè loquē-
do non viderur, sed auditur, aut alio sensu percipitur
corporo. D. Aug. l. 10. in cap. 35. utimur verbo videndi
etiam

Parabolæ
sacrarū
definitio-
nes variz.

Visusquia
primatū
tener in
sensibus,
intermis-
setur om-
nibus.

etiam in ceteris sensibus, cum eos ad cognoscendum intendimus. Sacra mentum est sacram signum effectus visibilis? Dictio visibile, non se excedit aut sumitur pro signo quod videtur, minimè, sed videtur aut percipitur aliquo sensu exteriori? Quid? Quod in Exodo dicitur populus ad radices montis constitutus vidisse voces Domini dante legem Moysi in vertice montis? An non designatur perceperisse clangorem tubarum, strepitum & fragorem tonitruorum? Cunctus populus uidebat voces. D. Augustinus l.2. loquutionis de Exodo longe post initium tom.3. Notandum scripturam voces solere appellare tenet rura, quas voces Dei, actioni Pharaonis superius appellauit, videri nequit vox, sed auditus. Iudeo sequitur verbum videre sum: etiam pro audite, ut habes & in Isaia, ubi dicitur non fuisse sermonem in universa domo Ezechiae Regis, quem non ostenderit Legatus Regis Babylonie.

D. Aug. Quoniam vero haud alienum est scriptoribus, sacris tom.4.l. ut interdum dictioae una pro altera; vix eadem duo 2.quest. denotare diuersa, atque conuenientem propriè vni ex in Exod. quinq; nostri corporis sensibus transferre aliquando quest.72. ad designandum plures, dico. S. Thomam in sua Parabolæ definitione sumere nomen sententia sive formonis pro omni quo cordis nostri arcana aliis pauci queant, sive sit signum sine verbo, sive verbum sine signo; seu verbum & signum simul.

Parabola Attende quoque ut doctissimus Thomas parabolæ omnis similitudinem, dicat in altera definitione sermonem imaginatum: in militudi- altera, sententiam habentem similitudinem, obscuram tamen; commōstrans de essentia parabolæ esse, quod genuinam habeat similitudinem eius quod significat; innuens etiam in omni parabola requiri relationem, collationem, comparationem, vnius cum alio, sequentius D. Hieronymi & D. Augustini placitum. D. Hie- Idem tom. ron. tom.5.l.3. comment in Isa. c.14. Quomodo (ait) pa- 3.epist. in rabola dicitur, que nulli alteri respondeat, id est compa- Algasiam ratur? Augustinus tom.8. in Psal.68. Parabola dicitur, quest.6. quando datur similitudo aliqua, Addit pulchrè S. Tho- mas

mas similitudinem obscuram, parabolas, donans ob- *Plutarch.*
scuritate cen mitella, notāue, qua videantur tegeta & *tom. i. mo-*
inuoluere reritatem, quomodo pretiosa quæq; linteis ral trah-
vel serieis obducimus, eo tamen modo, vt transpareat de modo
Idipsum Donatus & Diomedes Grammatici illustres audiebo+
*concedint paræmis siue Proverbis, quæ quodammodo *rum Poë-**do parabolis cognata sunt. Quod vero obscuritas sic tamum, ve*
*quasi proprium parabolis, aperite insinuare videntur *ternum a-**scripturæ sacræ pleriq; in locis, vt in Ecclesiastico, ubi dicitur si-*
dicitur cap. 39. Occulta Proverbiorum exquires sagiens, & millesimæ
in absconditis parabolam conusabatur. An nō aperitè putat si-
*monstrant hæc verba parabolas regulariter obscuras? erorū my-***

*Marei 4. Cum diceret Dominus Iesus datum disci *sterius &c.*
pulis nosse mysteriū regni Dei, cæteris autem in para-
bolis, an non veritatem parabolis inuolui & regi facis
ostendit? Cum diceret Apostoli Magistro suo Ioan. 16.
Ecce nūc palam lequeris & proverbiū nūl um dicis; oppo-
nentes Proverbiū huc parabolam rei perspicuit & euidē-
*ti, nunquid obliqui eius obscuritatē non insinuabāt?**

Quæ dicimus, probata sunt testimonia & subscri-
ptione antiquorū Doctorum multorum, qui de Para-
bolis & rebus obscüris, ænigmatiſq; agunt; ac in-
ter hos Patris Irénæi perantiqui doctoris, qui Parabo-
las collocat in classe ambiguum & amphibologem
corum. S. August. in Ps. 77. infit Parabolas suo ipso no-
mine exprimere desudandum in sui inuestigatione. §.
Clémentis Alexandrinus ait Prophetarum arcana tño-
pis & parabolis conœcta. S. Hieronymus dicit nuces,
& putamina sub quibus nuclei latēr; echinos hispidos
castaneum, aurifodinas. Alibi dicit parabolam &
ænigmatum intellectum dubium esse & incertum. §.
Salon Episcopus Vienensis in parabolam Salomonis
ſcribens inquit, dictas parabolam, quia latētes sunt res,
& occulta designat mysteria. Eruditè Rupercus com-
parat parabolam Christi somniis Ioseph. Somnia ob-
scura sunt significaciones, & quasi veritatis umbrae, &
tales ergo parabolæ, si metaphorice dici possunt som-
nia. Irenæus lib. 2. in heresi cap. 46. initio: *Parabola*
debent ambiguis adaptari. Idem cap. trigesimo octauo:
Prophe-

Prophetæ in parabolis & allegoriis & non secundum sonū ipsarum dictionum plurima dixerunt.

D Augustinus tom. 8. prefat. in Psalm. 77. Quis andeat velut manifestas legendō percurrere parabolās, quæ nominibus suis indicant altius perscrutari oportere? In Psalmum 48. concione prima, insinuat parabolam eccl. quid obscuritas. Idem tomo 4. quæst. ex Matth. ca. 14. Subinsinuat per obscuritates parabolārū quibusdam Iudeis occultas salubriter sententias Domini.

Clemens Alexandrius l. 6. Stromat. Neque ipse Servator ad eū crasse & generaliter eloquutus est, ut ea facile capi possent ab omnibus. sed differunt in parabolis. Ibidem: Mysteria Prophetarum teguntur parabolis. Scripturarum stylus parabolicus est.

D Hieronymus tomo 7. in cap. 7. Eccles. Parabolās dicit aliud in medulla aliud in superficie polliceri. Ibidem: Quasi in terra aurū, in nuce nucleus, in hincuius castaneorum operculis fructus requirendus in parabolis.

D Saloni Episcopus Vienensis dialogo 1. in Parabolās Salomonis in principio, ait, Salomonem suo Libro nomen parabolārum imposuisse, ut per hoc demonstraret quia non iuxta litteram, sed aliter & spiritu aliter intelligere debemus quod dicit. Et paulò post: Parabola, inquit, dicuntur, quia occulta sunt & secretæ in mysteriis significant.

Rupertus tom. 1. de Trinitate & operū eius; in Gen. 18. cap. 21. loquens de somniis Ioseph: Sicut in somnio, ait, sic & in parabola, dum aliud dicitur, aliud intelligitur: quemadmodum & aliud umbra, & aliud corpus, & tamen nonnunquam ex umbra corpus cognoscitur.

Glossa Ordinaria in cap. 1. Proverb. Videtur dicere proprium esse paraboli: ut occulta sint; ideoq; hoc nomen operi à Salomone impositū, ut non iuxta litteram, quæ dicit intelligamus. Berthot. in dict. Parab. 7. Est sermo sub figuris, metaphoris & enigmatis palliatus. Porro, et si nūquam obscuræ dicentur Patribus parabolæ, huicmodi nos deprehēdimus eas; primò, quia una eademque parabola interdum à diuersis pertractata diuersè exponitur (tametsi non contrariè), explicantibus aliis vno;

vno, aliis alio modo. Deinde vnuis idem Doctor parabolam explanans complures aliquando tribuit ei intellectus, quorum vnum ut alterum haud raro pbat; vii Origenes exponens parabolam de vinitoribus misfis variis horis in vineam à patrefamilias. Ait, quid opus fusiōres requirere probationes & verisimiliora argumenta, quam vnam omnium communem sententiam? Vox populi, vox Dei. Nunquid communiter vulgus obiiciens loquenti verborum obscuritatē, ait, loqueris in parabolis; sumendo parabolæ nomen pro ipsa obscuritate? Sit itaque proprium parabolæ ex D. Thomæ sententia adnexum habere ut plurimū aliquid densitatis.

Simon Cassianus prologo libri 6. de parabolis Do- Alia defini-
mini aliam definitionem ieu descriptionem adducit
fusiōrem, dicens: Parabola est comparativa similitudo
sue negotii ad negotium, sue persona ad personā, aut sta-
tus ad statum, que in designatione alterius rei quam lit-
tera sonet, dicta cognoscitur, ut intentionem dicentis pro-
nuntiet, etiam si secundum litteram quod refert non inuen-
itur. Quod omnis parabola habeat duas facies, sci-
llicet modum occultum & modum apertum, vide pul-
chra apud Rabbi Moysem l. i. dubiorum folio 3. in pro-
cēsio libri.

Sanctus Clemens Alexandrinus dicit lib. 6. Stromatū, esse genus dicendi, quo parū etiam nauis & in-
dustrius per improppria tamen familia propriis deduci-
tur in sensu proprij & veri. Parabola est res eiusmodi
Oratio ab aliquo non proprio quidem, sed quod est simile
proprio ad id quod est verum. Et proprium deducens eum,
qui intelligit. Aut, ut dicunt aliqui, dictio qua per alia
ea, qua proprie dicuntur, ostendit cum efficacia.

F. Ioannes Granatenensis Dominicanus libro de Pa-
rabolis Euang. tit. Quid sit parabola, sic ait: Parabola
est rerum fictarum per collationem ad aliud significandum
verisimilis narratio. Rerum fictarum, ut eo ab exemplo
differat, quod rem gestam referre solet. Ad aliud significā-
dum, ut eo differat ab allegoriā, in qua verus semper
constans manet litteralis sensus. In parabolis vero illius

sensus, quem primò littera significat; nulla serè est habenda ratio, sed eius, qui per parabolam intelligitur. Verisimilis narratio, ut eo differat à fabulâ: neque enim verisimilia sunt, quæ in fabulis referuntur. Per collationem ad aliud, ut eo differat à tropicis aliis, & figuratis loquitionibus, quæ sine collatione enuntiantur. Narratio, ut eo differat à proverbio, sententia, apophthegmate.

Parabola definitur Possem hoc loco congerere definitiones alias com-
ab Autho. plures; ne verò vobis sim tædio, ô Auditores, silentio
re.

labens pertransibo; adducā autem meam ex aliis multis coalescentem: Parabola est obscura comparatio personæ, status, negotii cum alio, referens similitudinem aut dissimilitudinē, aut contrarietatem; siue verbis solum, siue solis factis, seu vtrisq; iunctis. Exempla carum quæ referunt quod contrarium est in duab. personis. Apostolus 1. ad Corint. 9. ait: Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur.

Virg. 2. At non ille, satum quo te meniris Achilles,
Aeneid. Talis in hoste fuit Priamo, sed iura fidem q̄s
Supplicis erubuit &c.

Brutus occidit liberos proditionē molientes: Manlins vir-
tutem filij morte mulctauit.

Quas nunc proferam, in quo consistat dissimilitudo, manifestant. Daud populi sui saluti consuluit, vtj & Christus; imparem tamen meretur gratiam Daud; vtique qui solummodo mortis discrimini se obiecit pro amicis; quam nec subiit: Christus verò magnanimitate eam pertulit, quin & pro hostibus. Amplius, si dixero: ut serpens æneus in crucem sublatus sanabat, in Ioani. qui se aspicerent ictos, ita Christus salutem tulit peccatorib. criminū suorum iaculis cōfossis & fauoris, expansus super crucis ligno, iis, inquā, qui viuæ fidei lumina in mortem eius desigunt. Serpens sanabat, ast portentia diuinâ, aliunde accepta, nec nisi à morte temporaria præseruabat: rursus, sanat nos Christus, propria sua & naturali potestate, vitamq; donat sempiternam. In his omnib. dicendi modis unum cum alio conuenit in aliquo, deinde in alio repugnare ostenditur; quo sit et in parabolicam assurgat oratio,

Hectoris

CÒNCIO PRIMA.

19

Hectoris Aeneasq; manu victoria Graium habet &c. Virg. r. 1.
Ambo animis, ambo insignies præstantibus armis, Aeneid.

Hic pietate prior.

In his autem & similibus, quas adducā loquutionibus, demonstratur solum, in quo res una cōueniat cum altera. Quemadmodū in libertatē afferuit populu suum Ita Chrysostomus. David prostratione portentosæ illius turtis carneæ, soft. tom. 5 prægrandis & enormous Cyclopis, gigantis, inquit, Go hom. 44. liath; ita Saluator mundi, strenuus certè Athlēta liberat fideles suos restituit, dæmoni caput allidendo, chum. conterendoque. Præterea, ut Rex Iosias euersa prosus 4. Reg. 23. populi sui omni idolatria, cultum diuinum contempsu obliuioneq; sepultum priusquam regni susciperet gubernacula, restituit: sic nostro seculo hic aut ille vir inclitus terminis imperii sui excedere coegit haereses (& virtutem!) persequendo haeresarchas disticto ferro; fidem catholicam iacearem restituit armis, ac ab omnibus virtutis vindicauit ante suam in imperio inaugurations collapsam. Hoc dicendi modo fit comparatio, monstraturq; similitudo unius cum alio.

Atq; quoniam diximus statum conferri cum statu, & negotium cum altero sibi simili per parabolam, exemplis familiarib, planum fiat utrumque. Parabolice, meo iudicio, conferret statum statui, qui diceret cum Achas Regi Syriae Den adad, dum triumphos (ut aiunt,) sibi decerneret ante victoriā, & de symbolo hospite quateret non presente. Qui accinctus est non glorietur ut discinctus; in campo certaminis adhuc constitutus non est cur insoleseat superbe, ut qui iam parta gloriatur victoria. Ne glorietur accinctus aquæ ut discinctus. Aut qui 3. Reg. 26. cū S. Paulo sic ratiocinaretur. Quis militat suis stipendiis inquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? ubi monstrat a Corinthiis necessaria victui accepisse extra munera sui rationem non esse; haud secus ac pastor & vinitor, ille ab omnibus, hic à vinea pascuntur? Aut qui diceret: Prima secula mundi creati, aut recreati, aurea erant; viorum & mulierum aureorum feracia: ast postmodum alchimia immutata &

B. 2. noxia

noxia homines illi aurei & secula mutati sunt in homines & secula argenteos; dein in secula ærea; nunc autem in ferrea. Quibus exprimitur deploranda non satis metamorphosis optimæ & celebrandæ vitæ majorum, in nostram nimis sane deflēdam. Ad hoc ipsum facerent usurpata quæ dicit Ieremias in Threnis: Quo-

Thren. 4. modo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum! Filii Sion incliti, & amitti auro primo; quomodo reputati sunt in vasea teste, opus manuum figuli?

Socrates Theocritus, bonos homines vocat aureos viros. **apud Pla.** quis, inquit, nunc ex nostris bonus sit, an ne pures hunc autem in rei generis ab Hesiodo estimari?

Cratylo. Porrò, refertur negotium ad negotium, & parabolice. **Rei ad rē.** cè monstratur consonantia vtriusque, quando agit Christus de gaudio pastoris & amicorum, que prius aberrante & perdita redacta ad caulam; ad denotandum gaudium Dei & Angelorum peccatore à via sua mala

Vide D. redeunte ad meliorem frugem. Notandum vero non Aug. tom. nunquā in parabolis quæ sunt secundum similitudinem 4. l. 2. qu. dura referuntur ipsæ, aut paulo post addi expressæ hu-

Evang. iusmodi terminos: *Sicut illud, ita & illud.* Si fuerint 6. 45. petitæ à dissimilitudine: *Si illud, quanto magis illud?*

Aut: *Si non illud, quanto minus illud?* Interdum huiusmodi collationes, illationesve non exprimuntur, sed animo meditadae relinquuntur obscurè. Primi generis, & applicatiois aperte sunt. Pastoris gaudentis de ouc inuenta; mulieris inuenientis perditam drachmam:

Matt. 12. Ionæ in ventre ceti, & Christi in corde terræ: debitoris Budeus decem mille talentorum (quæ summa excrescit ad se-
anno. xies decies centum mille scutata; sumendo talentum pro sexcentis aureis) inhumani nimis & immisericordis in conseruum: pectorum, completa punctione eligentiū bonos pisces in vase, malos autem foras mit-

Psal. 57. tentium. *Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.*

Alterius generis, quibus nulla adiungitur expressæ applicatio aut comparatio, sunt, virginum decem, sapientium & fatuarum: supersectorum zizaniorum, pest bonorum

CONCIO PRIMA.

21

bonæ sementis sationem : grani synapis : ferméti, absconsi in farinæ satis tribus, & aliæ similes innumeræ; haec quoque nostra cum cæteris.

Si mirum fortè videatur cuiquam addi in definitio-
ne Parabolæ, siue verbis, siue factis disjunctim, siue v-
trisque coniunctim; nouerit addita ad includendum
& comprehendendum gesta quædam significantia a-
liud; quibus aliquando adiungitur oratio, alias non.
Nouerit quoque Venerabilem Bedam in commenta-
riis super Euangel. Marci dicere: *Quomodo Dominus Beda tñ.*
multa in parabolis dicere, ita etiam nonnulla in parabolis 2. l. 3. in e-
facere solebat. vtque constent ista, idem Doctor dicit n. Marci.
Dominum quærentē fructum ex sicu frondosa, & ma- Vide ibi
ledicentes quia in ea nullum inuenierat, significasse pulchra.
maledictos coram supremo numine, quibus cum sit
apparatus egregius sermonis cōpruli & pii, nulla sunt
opera bona.

Habent Christi miracula, si intelligatur, lingua suam. Aug. tom.
Nam quia ipse Christus verbū Dei est, etiam factum ver- 9. tract. 24
bi verbum nobis est. in Ioan. i.

Dominus & Redemptor noster per Euangelium suum nitio. Gre-
aliquando verbis, aliquando rebus loquitur: aliquando a- gor. hom.:
liud verbis, atq; aliud rebus: aliquando autem hoc verbis, 31. in Eu-
quod rebus. angel.

Sacrae paginæ libros si volueris, repertis mundi Au- Luca 23.
thorem olim loquitum frequenter hominibus absq;
ullo verborum sono, somniis & visionibus rerum re-
ferentium aliquo modo, quæ Deus volebat significa-
ta. vt monitus Pharaonem vberatis maxime, quam Gen. 41.
sequitura erat fames horrenda, somnio parabolico re-
monstrauit, obiiciens dormienti septem boues ascen-
dentes è fluvio, pulchras & crassas nimis, & quæ pas-
cebantur in locis palustribus: & septem alias simili-
ter è flumine emergentes, fædas, confertasque macie,
& pascebantur in ipsa amnis ripa in locis virentibus;
videbantur que deuorate eas, quarum mira species &
habitudo corporum erat. Rursum altero somnio se-
ptem spicarum pullulantium è culino, uno plenarum
atque formosarum, aliarum quoq; rotidem tenuium

Gesta pa-
rabolica.

& percussarū vredine, deuorantium priorum pulchritudinem, Deus parabolice docebat (iuxta Iosephi interpretationem) futuros septem fertilitatis & summae vertutatis annos, quos subsequeretur totidem alii maximae egestatis & annonæ charitatis, uti Genesij historia fuisse narrat.

Gen. 37.

Quid, quod Patriarcha Joseph pugnabat se cum paterna familia manipulos in agro colligare, suumque consurgere in medio, à fratribus suorum manipulis adorati; alias credebat in somnis se coli à sole, luna, undecimque sideribus aliis, quid inquam, ista, nisi gesta parabolica, quibus Deus absque verborum strepitu demonstrabat futurū ius & imperium ipsius in parentem utrumque & fratres?

Dan. 2.

Amplius, Quando vidit Rex Nabuchodonosor statuam grandem coram se, cuius statuta sublimis, & aspectus erat terribilis; caput ex auro optimo, pectus & brachia de argento, venter & femora ex aere, tibiae ferreæ, pedum quædam pars ferrea quædam fistilis; atque hoc modo stantem, donec abscessus est lapis de monte absq; manibus, & percussit statuam in pedibus eius ferreis & fistilibus & comminuit eos; & contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentum & aatum, & redacta quasi in fauillam astiuæ ateæ, quæ rapta sunt à turbine venti, nullusque locus, inueniens est eis: lapis autem, qui percutserat statuam, factus est mōs magnus & repleuit vniuersam terrā; quid hæc aliud quia factum parabolicum, quo Deus monstrabat (iuxta Danielis interpretationem) præsentem futurā regni ipsius dispositionem; uti fusiōi stylo referatur in Danielis volumine. De magna arbore quam cādē præcisam somniant Nabuchodonosor, idē iudiciū.

Dan. 4.

Quod Ieremias de mandato Dei fingeret sibi vincula & capistra, collo iniiceret ea suo, dein transmittet Regi Idumæorum, Regi Moabitum, Regi filiorum Ammō, Regi Tyri, Regi Sydonis, per manus legatione fungentium in ierusalem apud Sedechiam Regi Iuda, prædicens hoc symbolo captiuitatem de futuro gentium istarum, parabola erat.

Lagun-

Lagunculam coram populo confringens innuebat *Ierem. 27.*
futuram Judæorum desolationem. *Ierem. 16.*

Ezechiel capillos suos partim comburens, partim *Ezech. 3.*
gladio concindens, partim in ventum dispergens, pa-
rabolicè tres plagas prædictit. *Plut. tom.*

Et ut nonnulla proferamus defumpta à Prophanis, *i. mor.*
à quibus & prudentiam discere nil verat, fuit parabola *tract. 13.*
illustre factum Scylari apud Schytas, qui ad mortem *de nimia*
decumbens, conuocatis octoginta liberis, cuique per *loquaci-*
ordinem dedit sagittarum falciculum confringendū, tate.
quos cernens impares viribus ad hoc, resumpto fasci- *Item eodē*
culo, omnes ipse singulas sagittas, facili negotio frē. *tom. inter-*
git successiū; indicans, quod & Philosophi docent, apophth.
coniunctas vites, invincibilis; dispersas, omnino infir- *vet. Regl.*
mas; simul ad vñionis vinculum, & mutuam concor- *Valer. l. 5.*
diam eos cohortans. *cap. 3.*

Parabolicum fuit, quod Dux Sertorius Lusitano *Tit. Liu.*
rum, caudas duorum equorum aliter atque aliter ins. *l. i. dec. 1.*
sit discerpi. Vide Valerium Max I 7.c.3. *Ouid. l. 2.*

Illustris fuit parabola in actione sita lunii Bruti, fin. *fastor.*
gentis alliso, fortè pede se in terram delapsum; què ad *Valer. l. 7.*
Romani Imperii fastigium eucheretur; quod, ex ora- *cap. 4.*
culo Apollinis decernendum erat, qui prior amplexus *Seruius in*
& basia charissimæ parenti infigeret. Innuebat terra illud 6.
oscula lapsus figens, eam communè omnium matrem. *Aeneid.*

Ille iacentis prenus, matri dedit oscula terra, *Animaq;*
Creditus offenso procubuisse pedo. *superbans*
An non Tarquinii cognomēto Superbi Roman. Regis vltorie
VII. factum fuit mirè parabolicum? Rogatus à sexto *Bruti.*
Tarquinio filio, astu Gabiorum hostium suorum Tri- *Papauer*
buno facto, qua ratione Gabios domitos subire impe- *symbolū*
rii sui cogeret iugum; diffusis legati fidem ne verbum *fertilita-*
protulit; sed hortum ingressus, ac hue illuc obambu- *tis.*
berans, scipione, quem gerebat summorum papauerū *Oculus in*
capita sternebat: parabolicè innuens nato, vel in exi- *parte sce-*
lium agēdos, vel è medio tollendos primates, si rerum *pri Regū*
potiri cuperer. *B 4 Itaq; uidentur.* *symbolū*
Ex hoc
genere sunt symbola Pythagoræ nōnulla, si fiunt nullo verbo addito.

Tale Cleo
Filius aut
illius Phi-
losophi
symbolū,
qui pingi-
tur indice
ad labia
posito. Et
alia sexcē-
ta.

Itaque gesta tam humana quam diuina parabolæ
nomen interdum fortunatur, quod inter ipsa & signifi-
cata intercedat similitudo, instituantur ad significan-
dum alia, significantq; sufficienter tametsi nullus mis-
ceatur sermo.

Præterea dixi, parolas dari verbis & factis, coniū-
tum occurrit etenim cum in diuinis libris, tum ali-
bi passim quæ actione, constant & verbis, commenta-
rii & expositionis vice. Eiusmodi, (ut mea fert senten-
tia) dici possunt Ecclesiæ sacramenta; in quib. est quid
visibile, efficaciter inculcans rem spiritualem in sacra-
mento significatam, & verba quædam Theologis dia-
cta sacramenti forma; quæ quasi paraphrasis aut com-
mentarii explicant visibile illud sacramentorum.

Visibile
hic intel-
lige more
Theolo-
gorum.

In hunc locum referri potest visio gemina Ieremiæ
à Deo ostensa. Priore, virga vigilans ipsi exhibita fuit;
ac Deus rectè vidisse iudicans etiam se vigilaturum su-
per verbo suo, complerumque illud adiecit. Poste-
iore, referebatur olla succenla, cuius facies respicie-
bat Aquilonem, & Deus dicens, explicationis gratia,
ab Aquilone pandendum omne malum.

Ierem. 13. Huc quoq; spectat, quod alias Dominus præcepit,
sumere lumbare lineū, & ponere illud super lumbos;
deinde pergere ad Euphraten, abscondere ibi illud in
foramine petræ, & post dies plurimos resumere lùba-
bare, quod computruerat, adeoque omni usui ineptū
factum: & quod post haec Dominus subiunxit: *Sic pu-*
t crescere faciam superbiam Iuda, & superbiam Ierusalem
multam.

Ierem. 18. Tale fuit, quod Dominus ipsi ostendit in domo si-
guli: in qua vidit sigulum agentem in gyrum vas super
rota, manibus dein comprimentem & conterentem,
demum rota gyratione aliud vas pro arbitrio effor-
mantem; atque ab ore Dei accepit: *Nunquid sicut fi-*
gulus iste, non potero vobis facere domus Israel?

Fuit quoque dictum factumve parabolicū, frange-
re lagunculam, ac subiicere: *Sic conteret populum istum*
& civitatem istam, sicut conteritur vas siguli quod non po-
test ultra instaurari.

Achias

Achias Propheta Silonites pallium suum nouum, quo cooperrus erat, scidit in duodecim partes, dicens ad Ieroboam : *Tolle tibi decem scissuras, quia dicit Deus minus : Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus.* Parabola facta & dicto simul. Atque sufficient ista ex Authoribus factis; nunc adducamus quoque ab exteriorum scriptis desumpta.

Fermè haud absimile istis haberi potest, & magnus ille Lacedæmoniorū legislator Lycurgus coram populo in concione & fecit & dixit. *Protrulit canes binos diversimodè educatos, alterum venationi addictum, in 2. moral. effam rotum alterum. Emisso hinc lepore, hinc posita in apoph. offa in foro vterque in prædam solitam ferebatur.* De Lacedæmoniis monens populum quantū præstet bona, vel mala *Id est omnes liberorum educatio.* Quam historiam nūc obiter per *1. moral.* stringo, eam discussurus per otium (Deo dante,) ubi in tratt. i. de decursu parabolæ de hoc prodigo vētum fuerit ad in *educandie* structionem educationēm liberorum.

Huc referri potest illud Menæhii Agrippæ de membris carceris humani corporis contra ventrem orientem indignatio: cuius meminit Quintilianus i. instit. Narrat vero Titus Liuius, Dec. I. I. Hec à me superius eo consilio sunt dicta, ut hinc liqueat non solum parabolæ, quæ sunt oratione, comparationes unius ad alterum, sed etiā facta quedam instituta ad significandum aliquid, quibus inest consonantia multa cum significato, aut simpliciter sine sermone; aut adiū & o sermone declaratorio arcāni, posse parabolæ nomen sortiri.

Nunc quasi ex obliquo notandum nomen Parabolæ in sacris litteris latius patere quā vt putetur: sumitur namque pro propositione concisa & scīdē dicta, omnium ore trita, quam cum Latinis proverbiis, cum Græcis ῥητορικα dicimus, quanquam nonnulla interest differentia. In hac significatione sumit Vates cū ait: *factus sum illis in parabolam.*

Amplius; sumitur interdum pro quodam dicendi *ps. 63.* genere, Græcis ænigma est; propositione inueluta, & cōiectu difficultis; sermo grauis, non omnibus notus, illustratione opus habens rudiorib. Hæc acceptio sum-

pta videtur à Hebreis, qui nomine *Mashal* (quod propriè parabolam aut comparationem sonat) volunt omnem subobscuram propositionem, sententiam grauem, mysterium quasi ytero gestantem, & cui necisū sit acre ingenium ceu obstetrix eruendi latenti sensui, designari. Hebræorū ratio est, quod eiusmodi loquitiones graues ut plurimum efferantur admixta similitudine aut collatione. Sic Salomonis prouerbia dicuntur, *Mise*, id est parabolæ; quanquam cuncta proueria, ænigmata, allegoriae omnes non conueniant ex omni parte cum parabolis.

An textus
Evangeli
huiuspro-
priè & sim-
pliciter
sumptus
sit narra-
tio rei ve-
raciter
gesta?

An datur
parabolæ
in sacris
litteris,
qua non
accide-
rint secundum
dum pri-
mam ver-
borum ac-
ceptionem?

Jam producto intellectu sufficienti parabolæ in genere, tenui satis cum gusto (ut vereor) materia ex se nō multum sapiente; quæstionem acceptiorem animis vestris attingam, & acutiorē, nempe, An parabolæ nostræ textus sit verus, verbis & terminis acceptis in propria sua & germana significatione? Id est, An historia sit verè gestorum, è quâ Christus eduxerit comparationem? An homo ille filiorum duorum parens, si filii illi duo, regio longinqua, vitulus saginatus macratus, stola noua, annulus in digito, & alia multa quorum sit mentio in textu, fuerint vñquam homo, verus homo; duo filii, verè duo filii; regio longinqua, vera regio; vitulus saginatus, quod tale animal; annulus, verè digitus ornatus; & alia cuncta verè qualia dictiones hic positæ, propriè acceptæ solent significare? Quæstio profectò utilis est, sed solutione difficultis, quod neminem, vt scio, inuenerim, qui ex professo eam discuteret. ut verò pro subiecti dignitate aliquid dicamus, remeandū ad thesem seu quæstionem in genere, quæ est: An in sacris libris parabola detur tam in veteri quam nouo testamento, in qua prima pars similitudinis, fundamentum collationis, siue id vnde petitur comparatio, non sint vera, nec verè acciderint secundum propriam verborum significationem? Scio quandam probè eruditum tueri voluisse id fieri nequire, innixus axiomati & canoni Catholicis certissimè recepto; Nihil falsi deprehendi posse in contextu sacrae scripturæ. Cui respondendo paucis

paucis, scripturam sacram semper esse verissimam, aut in propria verborum acceptione, aut impropria, quā dicimus trāslatam sine metaphoricā; dico fieri posse, vt parabola non euenerit secundum genuinū & propriū verborum intellectū; innixus solutioni triū probē in sacra Theologia eruditōrum nostri seculi, quorum vñus ordinem S. Benedicti, alter S. Francisci est professus, tertius Canonicus & Doctor Theologus, experientia clari & senectute bona probati, sacram Theologiam solemniter professi; quorum authoritas mihi satisfacit plenē. At vt fiat satis iis, qui nō audierunt ipsos, adducam nūc authoritatem scriptorum catholicorum. In hac sententia versari D. Augustinum compertum est. *Parabola, inquit, & figura si Aug. l. 6.* significandarum quarumcumque reruin, non per proprietatem accipiendā sunt, sed in eis aliud ex alio est intelligendum. Subscrībit deuotus Doctor Simon Cassianus, ¹⁰ *Cassian.* cuius ecce testimonium ad verbum: *In multis parabolis res gesta fuit, sicq; creditur: in multis verbis, quod narratur initio prologi. l. 6. de log. l. 6. de parabolis* & applicatio parabolæ, veræ sunt. Serpens namque, *Num. 23.* quem Christus exaltatum dicit, serpens erat, tametsi æreus; ipse quoque verè hominis filius erat, natus utique ex virginē matre: verè sublatus serpens in vero deserto; ipse pariter sublatus verè in crūcem in deserto montis Caluariæ, instantibus Moysis posteris, sedentibus tunc temporis super cathedram Moysis.

Dicente Christo Nicodemo legis Doctori; *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis;* geminæ partes fundamentum nimirū *Ioan. 3.* & applicatio parabolæ, veræ sunt. Serpens namque, *Num. 23.* quem Christus exaltatum dicit, serpens erat, tametsi æreus; ipse quoque verè hominis filius erat, natus utique ex virginē matre: verè sublatus serpens in vero deserto; ipse pariter sublatus verè in crūcem in deserto montis Caluariæ, instantibus Moysis posteris, sedentibus tunc temporis super cathedram Moysis.

Dicinde Matthæi 12. dicit: *Sicut fuit Ionas tribus diebus & tribus noctibus in ventre ceti; sic erit filius hominis tribus diebus & tribus noctibus in corde terra.* Quod de Jona effert, accidit realiter

iuxta

iuxta propriam verborum sumptionem: quodque de seipso prædicat, evenit ad sensum, ut loquitur supra nominatus Doctor: id est, iuxta propriam acceptiōē verborum: siue sensibiliter, hoc est, siue interpretatio-ne vlla mystica, vel intellectuali.

Heb.12. Tale est quod ait Apostolus: *Fide obtulit Abraham Isaac cum tentaretur, & unigenitum offerebat, qui suscep- perat recompensationes, ad quem dictum est: (Quia in Isaac videbitur tibi semen) arbitrans quia & a mortuis susci-tare potens est Deus. unde eum & in parabolam accepit.* De prima parte positionis Cassiani dicere amplius, quia aneminē vocatur in dubium, supersedeamus, quod de secunda fusus agere liceat. Sic autē habet: *In mul-tis vero quod narratur verbis, aut scribiunt litteris, res ad sensum gesta non fuit; ad propriam terminorum usur-pationem. Addimus vero ad maiorem huius positio-nis firmitatem testimonia aliorum: ac primò D. Au-gustini, dicentes admittendas & intelligendas parabo-las nō ut sunt, sed qualiter esse possunt: prout pulchrè notauit egregius ille hæreticorum velitator & malle-ator Alphonsus à Castro, sub S. Francisci regula Deo militans: Circa parolas ipsas (inquit) quarum frequēs in heres. est usus in Euangeliis hoc admonendum censui, quod (ut Augustinus dicit) sic accipienda sunt, non ut essent, sed ut esse possent.*

Gorranus commētario in cap.13. Matthæi dicit suf-ficere parabolis ut vérificantur in sensu.

Episcopus Recanensis dicit parabolam esse fictū, sed verisimile, &c. Et, parolas communiter dici de creaturis rationalibus. verū Origenis omnium mi-hi probatur euidentius testimonium.

Parabola est sermo quasi alicuius facti, non tamen fa-ceti iuxta quod dicitur possibilis fieri, rerum significatiōē per transumptionem earum que in parabola dicuntur.

*Orig. in
Matth.* Siluctius Prierius: Parabola proprie est cum aliquid ad significandum singitur, de quo siue fuerit, siue non fue-rit non curamus. Et sensus litteralis non est, quem propri-e te post voles exprimunt, sed quem metaphorice. Large tamen di-Trinat. citior aliquando parabola comparatio rerum genere dissi-milium,

milium etiam si utrumque sit vera res, ut si dicam: Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita &c. Et tunc illa parabola habet duplum sensum; unum qui propriè per voces exprimitur, alium qui metaphorice. vide eundem Dominica ultima post octauam Epiphaniæ.

Quando autem dicitur in quadam parabola regnum cælorum simile homini patri familias, qui exiit primo manè conducere operarios, et si fortassis nusquam acciderit, quod eodem die, diuersis horis sic miserit quis patrifamilias otiosos in vineam quotquot obuios habuit; nihil vetat quominus ista fieri possunt.

Tota series parabola debentis decem mille talenti: parabolatum pastoris querentis ouem perditam; & mulieris requirentis drachmam amissam: item decem virginum præstolantium aduentum sponsi ad nuptias; & aliarum multarum passim in Euangeliis sparsarum, forte nunquam acciderat iuxta propriam vocū usurpationem (quæso aduertite ut dico) cum Christus eas proponeret.

Idem iudicium esto de adducta à Nathan, ut ipsius 2. Reg. 12. occasione in Davidem sententiam diceret. Nihil obest, nihilominus, quia possint evenire adhuc, aut quodam euenisse: huiusmodi enim narrationes prodigiose non sunt, sed rem continent possibilem, sufficiuntque ad parabolas. Neque vero requiritur absolute esse semper veras ad proprium vocum sonum; sed sufficit verificari ad scopum & intentum authoris; & parabolæ corticem non continere quippiam absurdum & alienum, de quo dubitetur merito, num possibile sit. Atque eloquentioribus hoc orationis genus usurpatum est, quibus similitudines ad placitum fingere, à rebus & negotiis que nunquam evenient comparationes educere frequens est, eo consilio, ut ingenio tardiores deducant, quo intendunt, & ut inculcent, manuque palpandum præbeant, quod nudum, crudum, indigestum, solitarium capere nequeunt.

Quod propriè vocamus exemplum, est rei gestæ, aut ut Quintilij gestæ utilis ad persuadendum id, quod intenderis comme- L. 5. insit.
Moralis cap. II.

moratio. Vnde dicendum obiter ex sententia Quintiliani, exemplum notius esse oportere eius, quod demonstrare intendimus per ipsum.

Quintil. ipsum esse clarius eo, quod illuminat. Et statim post: *Non decebit oratorem, ut occultis aperta demonstret.* verum tamen nihil continetur falsum in sacra pagina: quod enim dicitur, si non verum fuerit secundum vocum sonum, & proprium earum sensum, stabit iuxta intelligentiam spiritalem metaphoricam.

Si quis animo firmato obstat, instans imaginem supponere essentiam eius quod refert; neq; dici communiter, en effigiem verâ, huius vel illius rei, ni prius extiterit; ut quando dicitur in Genesij, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, id est,

qui sit imago & similitudo nostra, supponit Deum primò verè esse, cui homo similis esse queat. Et cum dicitur; Diliges proximum tuum, sicut te ipsum; adverbium sicut, designat similitudinem quandam & consonantiam amoris proximo debiti, cum amore quo quisque in seipsum fertur: nam non potest amoris ille affectus in proximum similis esse ei, quem ad nos ipso habemus, nisi ipsi nos prius amemus. Similitudinis etenim dictio proxime accedit ad naturam nominum que dicunt Dialectici relativa sive dependentia, quorum alterum sine altero non subsistit; & quorum coniunctionum si alterum deficerit, alterum esse deficere; ut seruus & dominus; superior & subiectus, pater & filius, inquit sunt relativa, & referuntur ad invicem, patre existente patre si filium habeat, & filio, filio, si ipsi fuerit pater: Si pater desierit esse pater, nec filius amplius erit; aut si occubuerit filius, nequaquam pater dicitur ultrà pater. Simile est iudicium de simili ad aliud simile. Quod si alterutrum simile non existat, aut extiterit nunquam, simile alterum nullatenus evantrari potest simile. Ita in parabolis, unum nequit alteri simile dici, aut symbolizare cum altero, nisi id, à quo desumitur parola, extiterit verè. Respondeo ratiocinanti in hunc modum vera esse, ut plurimum ea, à qui

Ad imaginem & idem quæ est in mente diuina.

C O N C I O P R I M A.

31

à quibus desumuntur parabolæ, ut in supra citatis exesse de fœ Genesi exemplis, ab æterno verè fuit Deus, ad cuius & nō exemplar homo formadus erat: ast interdum compa rationes eliciuntur à rebus, quæ non sunt, nisi in mente & intellectu per imaginationem, possunt tamē rea se: esse in liter eff: & essent posito hoc vel isto casu, ut cum dici intelletur, *Diliges proximum tuum sicut te ipsum* (alias mitto etu, in i. interpretationes) non supponit quod ipsi iam dilexit nos, aut diligamus, & quod ad mensuram huius idzaliter, in nos dilectionis metiendus sit proximus, sed in hunc & esse re qui sequitur, modum soluendum est & exponentendum: aliter.

Quo modo te ipsum diligeres aut diligere deberes si tale quid accideret; pari, in casu simili diligendus ve nit proximus. Huic meæ elucidationi fauete haud pa rum videntur verba contextus legis iphus: loquitur enim ut verbum *diliges* videatur referri ad pronomen *te ipsum*, in eodem tempore futuro *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*, supple, *diliges*; non vt tu te iam diliges: verbum siquidem *diliges*, importat tam te quam proximum. Alioqui suspectibus mihi cunctis vber tim, si videro proximū futurum, aut alia necessitate premi extrema, nos tenebor opitulari, nisi prior tale quid expertus alienam opem similiter summis votis experierim, ad cuius mei desiderii subsidii quantitatem re terer conferre desideria & vota proximi in similibus aduersis; quod è diametro pugnarer cum legislatori intento. Nouimus vtique omnes opulentum, cui tam blandè atridet fortuna, vt nullius egeat ferè ope, teneri nihilominus succurrere proximo, & eū vt scipsum diligere. In hunc itaque modum soluitur mandatum hocce dilectionis: Si haec tenus in hoc, vel nunc in isto & illo versaueris periculo, vt optasses aut optares hoc vel illud subsidium, pari modo age & tu cū proximo: Sufficit in simili casu supponere euensis quod non euenit, potest tamen euenire. Parimodo parabolæ non nullæ non debent sic definiri: vti illud accedit, ita & illud accedit; sed ita: vt euenire potest illud; aut, vt se haberetur in hac vel tali re, si eueniret;

ita

ita Deus se habet in his vel istis suis si quando cueniuntur.
Sunt eter in parabolæ aliquæ præsupposita, & quod dicimus possumus: quare haud absurdum videatur dici a-
liquid simile alteri quod actualiter non est: quia et si
nunc verè non sit, est tamen in mente nostra, & forcè
deinceps verè erit. Quapropter, quando in parabolis
dicitur interdum, fecit, dixit, habuit &c. aut similia,
verba tempus præsens significantia subinde, sunt ex-
plicanda hoc modo: Fecit, dixit, habuit &c. id est, fece-
rit, dixerit, habuerit; vel, facere, dicere, habere potuerit,
possit &c.

Georgius Comedia iuxta atq; præsens parabolæ sic sunt conscripta
Vicelius tanquam historia sint vera.

Senior ex- Adde quod in quibusdam parabolis non sit sigilla-
egeſi in tim perpendendum, primū quas historias enarrare
hoc Euāg. intendat propria vocum acceptio; deinde qdānam si-
t̄hesi. 1. guentur per priora; sed persuasum habendum est vo-
ces significare quid unum, metaphorice tamen, scili-
cet quod animo versat orator, aut scriptor; & qdā mente
concepit sapiens ut talis, mox ut audierit vel legerit ta-
lia. Sunt autē substernenda verba scopo authoris, no-
verò hic illis. Atque patet non dari saltum in sc̄ris lit-
teris; siquidem propositionis aut discursus veritas &
summa vertitur tota in eo, quod ipsius author signifi-
care gestit. **Simon** Omnis litteræ veritas est illud quod author
Cassian. pronuntiare intendit. Quanquam verò in genere dicta
prol. l. 6. sit positio ista, spectat tamen porissimum orationes,
quibus eiusmodi termini non inseruntur; ut hoc, ita &
illud; & quas Latini vocant. Non additæ collatione;
sed simpliciter refertur aliquid quasi gestū, nulla ha-
bita ratione collationis ad aliud.

Matt. 21. Huius generis est parola de patrefamilias, qui
plantauit vineam, sepe circumdedit ei, aliaq; multa
præstitit in Euangelio expressa. Cum autem tempus
fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agri-
colas ut acciperent fructus eius. Et agricultæ appre-
hensis seruis eius alium occiderunt, alium occiderunt,
alium vero lapidauerunt. Iterū misit alios seruos plu-
res prioribus, & fecerunt illis similiter. Et ut crimen
ad

ad summum malitiæ culmen deducerent, furore pari in patris familias hæredem sœuierunt, vbi minimè existimandum est patrē familias pronuntiare patrem aliquem, atque hic pater alium; & cæteras voces quod prima fronte communiter designat, & quod omnibus istis singulis rursus assimilentur alia similia, ut vinitoribus seu agricolis Iudæi, qui pari modo se habuerunt ad magnum œconomum & patrem familias Deum, & filium eius Jesum: ast absolutè, simul & semel intelligendum est Christum loqui metaphoricè de re vñica, & per translationem; nullatenus existimando quod attendat ad historiam, aut rem verè gestam, ad quā postmodum intentum totum referre velit.

Eiusmodi est quod cap. 9. Judicum scribitur; vbi inducuntur ligna aduocasse vitem vt regnaret super se. vbi minimè putandum est ligna vñca ligna tale quid e. loquutæ viti veraciter viti; sed homines lignis quodā modo similes talia fati sunt cuidam cum vite inimitudinem habenti. Quod dicendi genus, metaphorum, ænigmaticum est, id est densitate intricatum, quodque sacris litteris dicitur parabola, cui vnicus & littoralis sensus is est verborum, quem author sibi instituit, & designare intentat per illa.

Danielis capite 9. de hirco caprarum habente insigne cornu inter oculos & percutiente arietem simile esse videtur. Nam vox *hircus*, non significat animal tale aliquod fuisse, sed Regem Græcorum Alexādriū Magnum Macedonem fortiter in Darium preliantem &c. Idem iudicium esto de aliis multis, ac de hac fortassis nostra.

Quæstio.

At at, qui discerni queat parabola an historia sit vñca gestorum, an verò narratio verisimilis rei non gestæ, pulchrè instructa & composita, quo modo docti interdum fingunt similitudinum congeriem, ad illustrandum, aut explicandum, aut adumbrandum quippiam? *Hic opus, hic labor est.* Ea est hoc loco difficultas, vt maius multò fateri humiliter inscitiam meam, quam immodicenter in hac causa iudicium decernere signanter

C. perpe-

*Vide Ly-
ranū pro-
log in mo-
ralitates
Bibl.*

*Chrysoſt.
orat. 2.
aduersus
Indeos.
Talis est
parabola.
Matth. 13.
de semine
& ziza-
nis.
Matt. 22.
de nupti-
ali ueste,
& vocatis
ad nu-
ptias.*

*Virg. 6:
AEnaid.*

perpetam instructus; nec enim offendit hactenus solutionem super hoc articulo, quæ mihi satis faciat plenè. Si cui sit solutio probata, aut regula certa sine ressera, quæ ceu mitella aut lydio possint secessari, quæ vere euenerunt, ab aliis, quæso tenacem se non exhibeat, quo cum ipso proficere pariter detur. Intetim profaram haud vero absimile occurrit, rogans supplex e qui boniq; consuli, donec satius suppeditetur.

Canon verisimilis.

Ribera in I.c Osee, num. 15. Vero simile est omnem narrationem, qua nec nomina propria personarum, nec tempora, neque circunstantiae aliae continentur, esse ad placitum confitam, nec veram secundum acceptiōē primariam vocum, ast solūmmodo in quodam sensu metaphorico & improprio; quamquam possibilis sit, aut acciderit, sumendo voces proprias sine vlla translatione. Qui canon stabilitur & fulcitur sententia D. Joannis Chrysostomi;

Parabola, ait, illa sunt, ubi exemplum ponitur, & tacetur nomina. ubi autem dicitur Abram, & Propheta, & Lazarus, & Moyses, hic verus Lazarus. Si verus est Abram, verus est Lazarus &c. vide etiam Origenes cap. Chrysost. i. in Job. Sic in commentatoris illis, quos Joachimus ex Luc. c. Petronius interpretatus est, ait: Nec esset autem eriam 16. homil. nominis mentionem fecit, nisi hominem omnino diceret, de diuite. argumentum aliquod fingere existimaretur. S. quoque Amb. l. 8. Ambrosius in eandem historiam, sententiae nostra ro- in Luc. c. 3. bur addit, dicens: Narratio magis (textus scilicet de diuite epulone) quam parabola videtur, quando etiam nomen exprimitur. Et ni grauirer fallor, arbitrur S. Cy- rillum & S. Ambrosium testari historiam hanc de La- zaro confirmatam priscis annalibus Hebreorum; atque hoc fulciri arguento, quod in parabolis regulatiter personæ non signentur proprio nomine. Tertullianus I. de anima cap. 7. vel lib. de prima cap. 12 ait, de diuite epulone narrationem non esse somnium, sed ve- ram historiam, cum nomen Lazari designetur, quod non sit in parabolis.

Vbi notandum quod narrationem videatur dicere relationem rei veraciter gestæ: & parabolam, adductionem rei, de qua merito potest dubitari num verè acciderit nec ne, opponendo vnum vni, ut contrarium contrario. Itaque potest in hunc modum formari argumentum: Quoniam afferunt Doctores faci textum de diuine epulione esse rei gestæ veram narrationem, eo potissimum nomine, quod quorundam recenteantur nomina propria; videtur quoque ex obliquo adstruere velle, quod textus, quo sine proprii nomine expressione referrur aliquid, sit solummodo similitudo ad placitum conficta, nec aliter accidisse, quam secundum quandam intelligentiam impropriam & metaphoricam: in textu autem de filio prodigo, nos signatur proprio nomine patér, neque duo filii, neque regiones, altera ad quam profectus est, è qua exiit altera, nec dominus, cui adhæsit, nec famuli, neque circumstantia eidens temporis, & loci, in quibus hæc gesta forent; denique in tota narratione hac nulla nos dicit circumstantia in cognitionem temporis, loci, personarum singularium; est igitur relatio ad placitum eius quod non accedit ad proprium sermonis sensum, sed potuit accidisse, & potest; diuino plane composita stylo (qui enim componeret secus Deum noster?) ad pronuntiandum quod animo versabat. Aut erit textus metaphoricus, qui prima fronte significaret nisi id ad quod institutus est, non historiam sciundim; historia rursus ista, quid aliud spiritale semotum.

Sumendo priori modo, non est aliud quam suppositione, seu positio casus (quod aiunt) & arte composita narratio rei non gestæ, at possibilis. Posteriori, vera es- set historia, non iuxta propriæ sumptas voces, aut sine figura, ironiaq; aliqua, sed metaphorice, ad intentum scopum Iesu Christi. Quæ posterior opinio haud impertinens censenda est, quandoquidem nec in principio textus, nec in fine deprehendatur circumstan- tia vlla, quæ innuat Christum contulisse & comparsus rem ad rem, usurpando hos aut similes terminos; ut pater se habuit ad filium, & cetera.

sic & ego ad pénitentes. Ac quantumuis opinio prior
vt cumque sit verisimilis, non tamen stabilitur prouersus
regula supra posita; potest enim ipsa, aut ampla diffu-
sio eius facile restringi & arctari, dicendo quod nar-
ramus posse constare, tametsi non profertantur nomina
regionis, personarum, circumstantiae temporis deter-
minati, sed omnia in genere; siquidem ego, alius, Chri-
stus in suis parabolis, possumus narrare rem vere verā
absque nominum priorum vel loci adiectione, ne
derogetur forte reginoi, aut ut consulatur personarū
famæ; aut ne ad iram concitentur; aut alia quavis de
causa.

Finem facturus huic questioni, humiliter denud-
testor me animo vacillare (quanquam probè nouerim
& teneam cum Doctoribus Theologis omnes parabo-
las nequaquam posse adstruveras in propria verborū
acceptione) au annumerare debeam parabolam de fi-
lio nostro prodigo veris aut non veris, simpliciter ac-
ceptam, occurrentibus argumentis probabilibus, ad
adstruendum veraciter accidisse sumptam propriè, a-
liis quoque similibus in contrarium verumtamen de-
creui exponere eam, vt rem propriè gestam, quæ pos-
sit vel euensis vel euenire; & quæ ab huiusmodi ex-
planatione vberiora sperem me educturū monita fa-
lutis.

Iac. Spieg.
in lexico
iuris ciui-
lis.

Hac est perpetua lex parabolis, vt primum concipiamus
rem nudam ut proponitur. Deinde ex ea conceptione dedu-
camur ad finem parabola, hoc est rem ipsam cui accommo-
datur similitudo. Porro, haud abs refuerit, placidò audi-
re (fauente numine) omni omnium hominum ordi-
ni, rectoribus supremis tam spiritualib. quam tempo-
ralibus, patribus, matribus, quos persona patris eru-
dier; subditis, liberis, seruis, quibus quid suarum par-
tium sit, monstrabimus multa cum voluprate & satis-
factione, agendo de prodigo nostro & eius fratre. Ta-
metsi enim huic vsque sermo noster vt cumq; insipidus
fuerit, spero futurum vt subsequentia & vobis & mihi
plus delectationis & commodi afferant inquirendæ
vie ad vitam æternam,

CON-